

vi

tinebat , qui præter commune cum
cæteris civibus beneficium , singulari
quoque , & præcipuo VOBIS eram
devinctus , quod nempe me auctore
id consilii cæpisse prætulistis ; neque
vero opportunior occurrere poterat lo-
cus ad vestra merita omnibus testifi-
canda , quam si illas ipsas Inscri-
ptiones , quas jacentes , & prope in-
termortuas ad lucem vitamque revo-
castis , brevibus notis illustratas vo-
bis consecrarem . Excipite igitur ,
**GENEROSISSIMI OPTIMA-
TES** tenue hoc munus , summæ ta-
men observantiæ meæ argumentum ;
quod si gratum studium meum vobis
fuisse cognovero , nullis profecto labo-
ribus parcam , ut de VOBIS , Pa-
trique pergam benemereri .

LE-